# ADORATE DOMINUM

Antiphona gregoriana

Solista e Tutti
VIII G







2. Cantate Domino, et benedicite nomini eius: *
annuntiate de die in diem salutare eius.

*Ant.* **Adorate Dominum**

3. Annuntiate inter gentes gloriam eius: *
in omnibus populis mirabilia eius.
4. Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis: *
terribilis est super omnes deos.

*Ant.* **Adorate Dominum**

5. Quoniam omnes dii gentium daemoimonia: *
Dominus autem caelos fecit.
6. Afferte Domino, patriae gentium, *
afferte Domino gloriam nomini eius.

*Ant.* **Adorate Dominum**

7. Tollite hostias, et introite in atria eius: *
adorate Dominum in atrio sancto ejus..
8. Laetentur caeli, et exsultet terra,
commoveatur mare, et plenitudo eius: *
gaudebunt campi, et omnia quae in eis sunt.

*Ant.* **Adorate Dominum**

9. Tunc exsultabut omnia ligna silvarum
a facie Domini, quia venit: *
quoniam venit iudicare terram.
10. Judicabit orbem terrae in aequitate, *
et populos in veritate sua.

*Ant.* **Adorate Dominum**




**3 volte**




**3 volte**